

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

### **Promptvarii exequialis pars ...**

Continens centurias II. dispositionum, quibus themata funebria sive  
scripturae dicta varia ...

**Bidembach, Felix**

**Francofurti, 1625**

Thema IV.

[urn:nbn:de:bsz:31-130978](#)

C L A S S I S X

4. Non itaq; maledicamus aut indignemur Adamo,  
sed potius Diabolo. Et illi aduersemur perpetuo. Indi-  
gnemur nostris peccatis. Thren. 3 v. 39.

5. Christo autem liberatori & redemptori agamus gra-  
tias, quod is deuicta morte creditibus vitam restituit.  
Osc. 13 v. 14.

Et quod mortem æternam in temporalem mutavit;  
arque ex illo puluere terræ dulcem facit quietem, in quo  
corpora beatorum tanquam in cubilibus suauiter dor-  
miant. Isa. 56. in fine. Apocal. 14 v. 13. Dan. 12. v. 2.

6. Maxime vero, quod ex terra nos est suscitaturus  
suo tempore. Granum. 1. Cor. 15. Dan. 12. v. 2. ¶

7. Interim tamen quia in puluerē sumus redigendi,  
non superbiamus: Cum res vilissima sumus. Sollem hui-  
derisch beneficē. Syr. 10. v. .... Terra & cinis Ge 18. v. 17.

Veteres dixerunt Quis sis, quis fueris, quis eris, semper  
mediteris.

F I N I S.

T H E M A III.

Ex Genes. 5.

Et mortuus est.

Dispositionem huius Thematis vide supra, Classe II,  
Num. 1. Sequitur ergo

T H E M A IV.

Genes. 5. v. 24.

De Translatione Henochi in Cœlum, &c.

D I S P O S I T I O.

Historia hæc breuis, sed admiranda est, virum nobis  
describit mirabilem, de quo Syr. 49 v. 1. 6. Nemo in terris  
similis Henoch, qui de terra sublatus est; scilicet in cœlū  
transtulatus, à Deo, mirando & nobis incognito modo. A-  
lioquin & Elias in cœlū viuus translatus est, sed quomo-  
do

dolid factum fuerit historia cum omnibus circumstantiis expressit. Hic vero non item.

Quia autem planus angularis est haec historia, non est dubium, quia singulariter etiam nos multa possit doceare. Henochum itaque Patriarcham laret considerare hoc modo.

1. Qualis fuerit Henoch, dum inter homines vixit
2. Quomodo inter homines esse desierit, vel, quo modo sublatu*s* sit ex his tertis.

### II. PAR.

1. Syrach c. 44. refert, Henochum placuisse Deo. Quare hoc? Forsan vitam solitariam amauit, & Monasticen professus est? Minime. Et mundum relinquens in Eremitum secessit? Nequaquam. Aut tamen in celibatu vixit, ideoque Deo placuisse non mirum? Nihil horum. Legitur enim hic, genuisse non tantum Methusalem, sed filios & filias plures.

2. Quare autem Deo placuerit, ipsa nobis scriptura edisserit. Quia scilicet ambulauit cum Deo, ut est in Hebreo, hoc est, ut recte & eleganter expressit D. Lutherus, Erfüllt ein Göttlich Leben. Erid bis repetitur. Hocque nomine præ ceteris Patriarchis hic noster Henoch commendatur, quod piissimus fuerit.

3. Et notandum, quod Henoch eo ipso tempore, quo filios & filias genuisse legitur, annis scilicet trecentis, cum Deo ambulasse, expresse dicitur.

4. Addit vero Epistola Iudæ, verl. 14. Quod Henoch septimus ab Adamo, Propheta fuerit, & populo istius temporis vaticinatus fuerit, de iudicio Domini aduersus impios: quibus haud dubie de Diluicio, quo post perirent, multa prædicta.

I. DISCIMVS hinc, quid nobis faciendum, ut Deo quoque placeamus. Ambulandum cum Deo, id est, studendum pietati, ut Dei conspectum & conseruationem possimus ferre, quod non possunt impii, qui tenebras

A 5 amant,

emant, quia opera mala sunt Iohann. 3. vers. 20. Abraham dicitur Gen. 17. v. 1. Ambula coram me. De Zacharia & Elisabetta Lucas affirmit cap. 1. vers. 6. Erant iusti coram Deo. Quomodo? Ambulantes in omnibus præcepis Domini.

Ambulare itaque cum Deo & coram Deo, est ambulare in præceptis eius. Is enim, in præceptis meis ambulate, in legi mea ambulate, cibro in scripturis mandat: Exod. 15. Deut. 10. 19. 26. 28. 30. Vide etiam Esa. 30. v. 21. Ezech. 11. 18. 20. Et hoc est diuinam viuere vitam ( ut est in versione Germanica ) quod Paulus vocat ambulare dignè Deo. Coloss. 1. vers. 10. & ambulare spiritu & non secundum carnem Gal. 5. v. 16. & Rom. 8. v. 1.

Non autem hæc est sententia, quod tales plane sint absque omni peccato. Quia eadem verba de Noha Gen. 6. v. 9. leguntur, quod ambulanterit cum Deo, de quo ramen constat, quod peccauerit cibrie te.

Eadem est ratio, cum dicuntur iusti, perfecti, scilicet in generationibus suis, ut de Noha dicitur. hoc est, responde cæterorum, & per fidem, &c.

L. II. Posset etiam tractari locus, quod non tantum cœlibes placeant Deo, sed & coniugati, & qui gignunt filios & filias. Hi enim quoque disiuntur diuinam viuere vitam, ut Noha & Henochus. Contrarium Pontifici docent, & Deo minus placere eos, qui in carne, hoc est, coniugati sunt, iuxta glossam Papalem opinantur.

### I.I. Pars.

Recte Paulus: Pictas ad omnia vilis. x. Tim. 4. Hoc enim Henoch expertus est. Etenim Deus tulit eum. Et non est inuentus inter homines.

Notanda autem phrasis singularis hoc loco. Non enim est hæc sententia, quod per mortem tulerit ipsum Dominus Etenim cum scribens Moses, de 8. Patriarchis ( qui ante & qui post Henochum numerantur ) semper uno & eodem vocabulo usus fuisset, Et mortuus est. Et mortuus est:

THEMA IV. VET. TEST. II

eſt: De vno Henoch aliter ſcribit. Et non ipſe, ſcilicet amplius inuenitus eſt inter homines, vt explicat Epiftola ad Hebræos cap. 11. Et expreſſe additur tulit cum Deus. Ita Hebr. 11. translatus eſt, ex hac ſcīl. vita ad æternam, & ſic immutatus ſubito, ticut immutabuntur hi, quos depre- hender dies Nouifimus. 1. Cor. 15. v. 51. Apoftolus enim Heb. 11. v. 5 diſerte negat iſum eſſe mortuum.

Quomodo id factum fuerit, multi varie diſputant, & multi ſplendide nugantur. Quia vero ſcriptura de hoc ta- cer, nobis quoque racendum erit. Sufficiat quod ſpiritus ſanctus innuit, illum diſparuiſle, & ablatum à Deo.

L o c u s. Hoc agamus, vt etiam nos tollamur à Deo, ſuo tempore, quando ipſi viſum fuerit. Et propterea o- randum cum Stephanuſ. Suscipe ſpiritum meum. Act 7. v. 59. Et vt rapiamur non à diabolo, ſed in oculum Domini. 1. Thess. 4. verſ 17.

Quamuis n. hoc non poſſimus aut debeamus petere à Domino, vt nos cū Henoch & Elia (quibus præter Chriſtum hoc ſingulare miraculo contigit) viuos, corpore ſi- mul & anima, aſſummat in cœlos, tamen hoc agendum, vt anima portetur in ſinum Abrahæ Luc. 16. v. 22. & in ma- nus Dei aſſumatur. Sap. 3. v. 1. ne patiatur tormentum.

Quid faciendum igitur? Hebr 11. v. 5. dicitur: Fide translatus eſt Henoch. Ergo imitemur fidem & pietatem Henoch, & ſequemur aliquando etiam iſum abeuntem in cœlos. Exemplum enim hoc proponuit Deus. Syr 44. verſ. 16. Et credentibus Christus promiſit aſſumam vos ut mecum ſitis. Ioan. 14. v. 3.

F I N I S.

THEMA V.

Ex Genef. 47.

Tempus peregrinationis mea &c.

Dispositionem huius loci vide ſupra. Parte I. Prom- ptuarii Esequialis, pag. 13. in Claffe II. Num VI. Sequitur ergo

THE

Abraham  
Zacharia &  
ſiuſti coram  
in præcepis  
o, et ambu-  
ſ meis ambu-  
uris mandat:  
Ela. 30. v. 11.  
am / reſtitu-  
ambulare di-  
ciu & non le-  
les planeſue  
de Noha Gen.  
, o, de quora-  
teſſeti, ſollicet  
n hoc eſt, rige-  
od neantur  
gurgiuantur  
tumam riſere  
Pontificiū do-  
e, hoc eſt, con-  
rur.

Tim. 4. Hoc-  
ſ cuius eam. Et  
cloco. Non-  
leni iſum Da-  
Patriarchis (qui  
) ſemper vno  
ue eſt. Et moriens  
ejſ: